UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Hermingildo rege et martyre. Cap[itulum]. xlviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Huius ꝑcepto orientalis epi thronos ſuſcipere: ⁊ cōſtituit vt oia monumēta chartarū eccleſiaſticaꝝ rerū p romane eccl'ie fierēt primiſcriniū. Cuius tēpore celebrata eſt pma ſynodus nicena. cccxviij. epiſcopoꝝ in qua damnata eſt hereſis arrij qui aſſerebat filium minorē patre. Hoc eni factū eſt adhuc viuēte cōſtantino auguſto. Quo humanis exempto iulius papa exiliuz. x. annoꝝ ⁊ tribulationes multas perpeſſus eſt a conſtātino auguſto heretico. Tādē poſt mortez eius ad ſedē beati petri cū gloria reuerſus eſt. Fecitq; duas baſilicas: vnā in foro: aliā ſanctiva lentini via flaminia. Quieuit in pace pdie idus aprilis: ⁊ ſepultꝰ eſt in cimiterio calopodij miliario tertio ab vrbe. Et ceſſauit epiſcopatꝰ dies quindecim. ¶ Hic vnam de incarnatione domini ad Dionyſium ſcripſit epiſtolam.

¶ De ſancto zenone abbate. Cap. xlvij.

ZEno monachꝰ ſiluani abbatis diſcipulus fuit. De quo refert heraclides inter cetera eius virtutis et conſtantie inſignia: ꝙ in ardentiſſimi ſolis egyptia regione ſterit in caumate quinq; diebus ſe deficcans in ſole: vt ex hoc probaret vtrum tormenta tolerare poſſet. Et poſt mire penitentie opera migrauit in xp̄o pridie idus aprilis.

¶ De ſancto Herminigildo rege et martyre. Cap. xlviij.

HErminigildus rex ⁊ martyr anno ſexto tyberij ſecūdi imperatoris videlicz anno gratie cccccccv. martyriū paſſus eſt: qui leuuigildi regis viſigothorū filiꝰ ſigiberti regis filiā duxit vxorem. Ad cuiꝰ ſuggeſtionē audita predicatione ſancti leandri hiſpalen. epi: ab arriana hereſi ad catholicā fidez cōuerſus ac more catholico baptizatꝰ eſt. Quē pater arrianus vt ad ſuā hereſim rediret: ⁊ premijs ſuaderet ⁊ minis terrere conatus ē. Cūq; ille in veritate fidei catholice conſtanter perſiſteret. Primo quidē eū pater regno ꝑuauit: rebuſq; oibus ſpoliauit. Deinde collo manibuſq; ferro vinctuz in arta cuſtodia mancipauit. Qui omnia pro xp̄i amore contēnebat. Superueniēte ꝟo feſtiuitate paſchali miſit ad eum noctu perfidus pater epm arrianū vt de manu eiꝰ ſacrilegā cōmunionē acciperet. Quod vir dn̄i nō ſolū facere renuit: ſed etiā arriano epo duriꝰ exprobrauit. Ob hoc pater indignatus miſſis apparitoribus ipm in eodē carcere ſecuri in capite eiꝰ cōfixa excerebrari fecit: ſic regnū celeſte rex et martyr intrauit. Ad cuius corpis tūbā nocturno tp̄e pſalmodie cantus audiebant: ⁊ lampades accenſe a pluribꝰ videbant. Patrē ꝟo poſt filij occiſionē mortis eiꝰ penituit: ⁊ ad fidē catholicā deueniſſet; ſi gētis ſue furorē nō formidaſſet: moriēs tn̄ rechaređ filiū ſuū regem futurū ſctō leādro ꝑdicto epo cōmendauit: q fratrē martyrē nō prez ꝑfidū ſecutꝰ ab arriana peſte ꝯuerſus: ab eodē epo baptizatꝰ eſt: totāq; viſigothoꝝ gentē ad verā ꝑduxit fidē. Paſſus eſt aūt ſctūs herminigildus idibus aprilis.

¶ De ſanctis Carpo epiſcopo ⁊ ſocijs martyribus. Cap. xlix.

CArpus epſ: papyrius diaconus: ⁊ agathonica optima femina apud pgamū aſie vrbē exēplo martyris pionij martyriū paſſi ſunt tp̄e antonini veri ⁊ aurelij cōmodi impatoꝝ: vt in. iiij. lib. eccle. hyſtorie reperit. Cū quibus et iuſtinus vir mirabilis qui iā ſcđz librū ꝓ defenſione religionis nr̄e ſcriptū iudicibꝰ obtulerat remunerationē lingue fidelis ⁊ erudite martyre munus accepit: quodā pho creſcēte nomine ei inſidiante: quem ſepius diſputādo confuderat: qui paſſi ſunt idibus aprilis.

¶ De ſancto Juſtino martyre Cap. l.

IUſtinꝰ martyr de q ſupra primo dictum eſt bacchiade Priſci filiꝰ ex vrbe neapoli paleſtine phie nr̄e ſectator pluria ſcripſit volumina pro religione xp̄iana. Nā cōtra paganos volumē inſigne ꝓtulit: in quo de demonū natura teſtatur. Scripſit ⁊ aliud chriſtiane fidei defenſionem continens: quem marco antonio vero et fratri direxit. Antonio pio et filijs atq; ſenatui apologeticū pro religione chriſtiana conſcripſit. Item librūz de monarchia dei. Dialogum contra iudeos et triphonem eorum principem doctorem illuſtrem. Item contra Martionem hereticum inſignia duo cudit volumina. Item contra omnes hoſtes. Extat et aliud einſdem: quod dicitur confutatio. Item aliud quod intitulatur pſaltis. Item de anima in quo diuerſas queſtiones inſeruit. Hic a creſcēte quodā chriſtiani nominis blaſphemo delatus: ꝙ chriſti fidei eēt ſectator in pergamo aſie ciuitate martyrij palmam adeptus eſt idibus aprilis. Hunc putant aliqui trogi fuiſſe abbreuiatorem. Hec Hieronymus libro de viris illuſtribus.

¶ De ſanctis Tyburtio ⁊ Valeriano ⁊ Maximo martyribus. Cap. li.

TYburtius ⁊ valerianus ⁊ maximus martyres paſſi ſunt rome ſub Almachio vrbis prefecto. Cū eni bta cecilia valerianū ſpōſuz ſuū ⁊ tyburtiū eiꝰ